

Divina Adfulgentia Gratia!

DISSE^{DE}R TATIONEM,

ANTHROPOGNOSIA MORALI,

*Consentiente Ampliss. Senatu Philosophico
In Regia ad Auram Academia,*

Sub PRÆSIDIO

HENRICI HASSEL

Eloq. Profess. Reg. & Ordin.
RECT. h. t. Magnif.

*Pro bonoribus in Philosophia obtinendis
Modeste ventilandam sibi
sibi proposuit,*

ANDREAS J. KRISTEIN
Borgon-Nylandus.

Die 26. Martij, Anni MDCCXXXV.

In Auditorio superiori
Horis ante meridiem convetis.

A B O Æ ,

Excud. Joh. Kiämpe Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ M:tis

Magnæ Fidei VIRO,

Perillustri & Generosissimo

BARONI ac DOMINO,

Dn. PETRO

STIERNCRANTZ,

Nylandiæ Tayastiæque Provinciarum

PRÆSIDI & GUBERNATORI

Exoptatissimo,

MÆCENATI SUMMO,

*Q*uod Temeritatis notam vix subterfit.
giam, dum TUA, GENEROSISSIME
DOMINE, limina adire, fores pulsare, &
graviora interrumpere negotia sustineam,
multi forte, nec id sine ratione, sibi per-
suadebunt: verum quum Musarum Cultores
semper singulari amplecti soleas favore;
indubia spe præcipio benignam audacia mea
excusationem, ubi levissime huic opille,
argumenti tantum dignitate commendabi-
les, ex Illusterrissimi Nominis Tui Fulgore,

S:æ R:æ M:tis
Magnæ Fidei VIRO,
Reverendissimo PATRI ac DOMINO,

DN. DANIELI JUSLENIO,

S. S. Theologiæ DOCTORI Cele-
berrimo, Diœcœseos Borgoénis EPI-
SCOPO Eminentissimo, Venerand.
Consist. PRÆSIDI Gravissimo, Gy-
mnasii Scholarumque EPHORO,

Adcuratissimo,
MÆCENATI MAXIMO,

NE despicent TIBI, REVERENDISSIME
PATER, quod Nomen TUUM per or-
bem Litteratum Celebratissimum, quali-
busunque hunc meis lucubrationibus Aca-
demicis premiserim. Hoc enim non mi-
nus propensissimo TUO in me affectui, quam
summe Dignitati, ad quam Divina TE-
jam evexit providentia, me debere exi-
stimo. Chirta cum igitur hocce opusculum,
seeu certissimum pietatis meæ interpreta-
mentum, ut placido adspicias vultu, bea-
mika

radios quosdam mutuari adgredior. Imm
mo, sicut animas dulcissime TULLIS non nisi favoris indicia omnibus exhibent: ita etiam, ut mibi aditus ad aras Gratiae ILLÆ semper pateat, spesque meas in posterum TIBI commendatas velis, submissa mente contendeo. Ego autem, cum ultra non possim, summum Numen ardentissimis compellabo precibus, ut TE, GENEROSISSIME DOMINE, salute percanni ac felicitate omnigena, in Reipublicæ Civilis & Litterarie, nec non Nobilissimæ Familiae TUE Presidium maximum certissimumque, diu superstitem esse jubeat.

GENEROSISSIMI NOMINIS TUI.

¶ Cilius humillimus
Andreas Kraftianus.


missimus rogo. Quod meum est, ad
Deum T.O.M. calidissima fundere vota,
nunquam desistam, velit TE, summum
sacrorum Antistitem, in longam an-
norum seriem superstitem, incolumem
felicemque prestare, ut Ecclesia ha-
beat DOCTOREM orthodoxe Religionis
Vindicem acerrimum, Diocesis nostra
Borgoënsis PRÆSULEM desideratissi-
mum, Res literaria Decus fulgentis-
simum, Familia vero TUA Nobilissi-
ma fulcrum & solatum firmissimum
dulcissimum,

REVERENDISSIMI PATRIS

humillimus cultor
Andreas Kraftmann.

CONSPECTUS.

- Proæmium viam ad tractationem pandit.
§. I. Inscriptiōnē leviter exponit.
§. II. Negotiūm præsens ardūm quidem, sed
non prorsus vanum habēnūm esse indicat.
§. III. Diversitatem inclinatiōrum affruiat.
Quam §IV ex unione M. & C. derivat,
tria illūstria Systemata exponens.
§. V. Varias facultatum animi combina-
tiones profert.
§ VI. Temperam. Corp. diversa esse tradit,
& disrepantes hāc de re sententias sifit.
§ VII. Inclinationes animi a corpore mul-
tum pendere dicit.
§ VIII. Temperamenta plurimis ex causis
variari probat.
§ IX. Soli Lunæque nec omnem in illa vim
derogat.
§ X. Puerimarum Regionum mores indicat.
§ XI. XII. XIII. XIV. Inclinationum par-
ticularium causas & indicia ostendit.
§. XV. Illeum Phisiognomis insignem afferit.
§. XVI. XVII. Signa certiora, verba &
facta exponit.
§. XVIII. Prudentiam in applicatione si-
gnorum requirit, finem opere impo-
nens.



PROOEMIUM.

OVIN omnia, qvæ in
hujus aspectabilis mun-
di compage, sensibus
obveniunt nostris, men-
tisqve aciem feriunt, summi Nu-
minis existentiam, sapientiam
atque potentiam arguant maxime,
neminem unquam, mente
modo sit sana, fugere potest. Sin-
gula enim, qvæ in hoc μακεδονί-
κῳ adparent, ob admirandam su-
am dispositionem, magnificum
apparatum, multiplicem virtu-
tem & utilitatem animos morta-

A

hum

Ium percellere, inque jucundissimam sui considerationem, a lice-re valent. Omnibus a. sublu-naribus cum hominem ipsum, ~~magistrorum~~ a nonnullis appellatum, innumeris prorsus parasangis præstare sciamus, utpote qui a-nima rationali & corpore orga-co sit instructus; jure meritoqve primariam sibi attentionem vin-dicat. Ad parvum hunc mun-dum admirandum, ejusqve no-titiam, qvocunqve studio atqve opera comparandam, non ejus modo singularis præstantia invi-tat; sed emolumentum inde re-sultans, immo summa necessitas adducit impellitqve. Si enim qvis vitam justam honestamqve colere, & cultam feliciter trans-igere velit, sobria necesse est, sui accedat notitia, utpote qvæ non solum veram Dei cognitio-nem & cultum; sed & genui-nam

nam honestatem maxime pro-
moveat; qva negiecta, fœda tan-
tum barbaries, & cyclopici mores,
ubique graſſarentur. Atque cum
homo, in aliarum rerum, extra
ſe ſitarum, cognitione obti-
nenda, plurimum ſit occupa-
tus, non minus juſtum, qvam
neceſſarium eſt, ut aliorum
qvoqve hominum, ſeſe naturali
vinculo contingentium conſide-
ratione, ſedulam collocet ope-
ram. Tanta enim inde redun-
dat utilitas tamqve urgens omni-
no eſt neceſſitas, ut ſine hac ho-
minum notitia, alter alterius o-
pem & auxilium, ſine qvo tamen
genus humanum nullo modo
conſtare poſſet, ne qvidem im-
plorare, multo minus aliorum
benivolentia diutius trui ſciret.
Summe neceſſaria eſt hæc eadem
imperantibus & civibus, ad fi-
dem, concordiam mutuumqve

amorem inter utrosque concipi-
endum, conceptum servandum,
& servatum magis magisque au-
gendum atque alendum; in con-
tractibus pactisque prudenter in-
eundis; thori socio, qvorum
una mens animusque sit feliciter
eligendo; liberis atque discipulis
rite instruendis, & certo vitæ
generi admovendis; in veritate
occulta saepe indaganda; in mor-
bis præveniendis & cum succes-
tu depellendis, aliisque negotiis
recte instituendis & sapienter ob-
eundis. Verbo, tam late hujus
scientiæ studium suos extendit
fructus, ut totam vitam singu-
losque ejus status attingat. Ad
quod jam olim sine dubio respe-
xit Menander sic nionendo: γιώθι
οὐαύτην, γιώθι κρή τε, κέλλας. Alioquin
enim plurima præpostere sus-
cipierentur, & summa imis ma-
xime confunderentur. Hisce in-

commidis & morbis eo facilius
avertendis prudentiores quidam
philosophi medelam, semejoticam
moralem invenerunt, qva ad oc-
cultas aliorum inclinationes, affe-
ctus & mores commode explo-
randos, uti possimus. Qvo ju-
cundissimo simul ac utilissimo ar-
gumento allectus, non potui,
qvin tantorum virorum vestigi-
is aliquia ratione insisterem, &
divina fretus gratia, operam
qualemcumque, intra paucas pa-
gellas coarctatam, atque levi bra-
chio congestam, in publicam
lucem modeste ederem. Tuam
vero B. & H. Lector singularem
favorem humillime & per offici-
ose exoro, ut quæ in hoc diffi-
cillioris argumenti genere, tenu-
is mea in medium proferre valu-
it Minerva, in meliorem inter-
preteris partem.

Vocabula, qvæ in frontispicio Dissertationis apparent, cum ita forte obvia atqve pernota sint, ut nullam Lectori pariant molestiam atqve difficultatem, ab iisdem prolixiori apparatu enodandis supersedemus. Verbo saltem monuisse sufficerit, unde suæ agnoscant natales, & quid præcipue iis jam indicatum velimus. *Prius* origine sua græcum esse, qvivis primo statim intuitu videt, modo linguam istam a limine saltim salutatit; nempe compositum ex nomine substantivo ἄνθρωπος homo, & γνῶστα notitia, a verbo γνωσκειν cognoscere; ut idem valeat ac scientia vel notitia de homine. *Rosterius* vero a Romana civitate ortum trahens, ex moribus derivatum est; adeoque morale dicitur, qvod concernit mores

& iis apte formāndis idoneum est. Sumitur vocabulum heic in latiori suo significatu, ut non solum actiones & habitus ethicos; sed etiam, inclinationes & propensiones, ad diversas actiones, studia, mores & affectus, sub se comprehendat. Qyin monendum etiam, sub hanc nostram considerationem, imprimis non venire istam semejoticæ partem, qvam *Theologia moralis* nobis inculcat atqve aperit, (a) utpote qvi falcem in messem alienam imittere nolimus. Eatantum ad adferre studebimus, qvæ recta nobis inculcat ratio, nostram qve civilem felicitatem promovere valeant.

§. II.

(a) *hanc operim optime inter alios præstítit Celeberr. Theol. J. b. Fr. Budd. in Theologia Morali Part. II. cap. 4. de Semejotica Morali.*

Forsitan primo intuitu haberi possunt hi nostri conatus vani & temerarii, cum humanam superare industriad videatur, & nullius in potestate situm, cogitationes aliorum, sensa animi & internos motus perlustrare; verum licet cognitionem omnimode certam polliceri non audeamus; nec tamen omnem nos operam oleumque perdidisse ex sequentibus dispalescere arbitramur. Difficulatem praesentis negotii ingenue profitemur, ut singulari heic opus sit prudentia & circumspectione. Respectu enim sui ipsius laborat homo inordinato quodam amore & philautiae vitio, ut sua improbe facta sciens volensque, vel penitus ignorare, vel etiam quibuscunque coloribus adumbrare fatagat. Intuitu aliorum variii saepe dominantur affe-

affectus , qvi bonitatem personæ aut rei , diversa sub ratione , vel nimis quantum exaggerant , vel plus iusto elevant . Genus enim humianum circa aliorum vitia ut plurimum est perspicax , ad sua vero cœcum . Multi etiam suas inclinationes callide occultare , & prorsus contrarias sœpe mentiri norunt , ne propter vitia sua in pœnam incurvant , vel talitem apud alios male audiant . A partium igitur studio alieni diversas inclinationes & mores diversorum hominum , furtivis coloribus demtis , nativo suo habitu spectandos , ingenue sistamus ; eo usque libere procedendo , quo recta nos ratio , certa experientia , hisque fundata nos sana ducat Philosophia . In quibusdam vel probabilibus tantum argumentis erimus contenti , ubi certa atque indubia non suppetunt .

§. III.

§. III.

PHilosophi saniores in eo fere omnes consentiunt, animalia quæcunque bruta ejusdem speciei, consimiles inclinationes habere, iisdemque affectibus & appetitu duci; ut, si v. g. triginta millia vulpium quis congregaret, unam naturam omnibus inesse cerneret, modumque vite & tenorem parrem (b); hominum vero tantam esse dissimilitudinem morum & affectuum quotidiana experientia evincit, ut satis id mirari non possimus. Alii enim tristes & truculenti, alii non nisi hilari, jucundo & affabili semper incedunt vultu; hi voluptatibus dediti; illi perverso laudis & gloriæ studio ducuntur; isti insatiable opum cupiditate aguntur.

Non-
(b) ut philosophatur Illustr. Puffend.
in opere suo de Jure Nat. & Gent.
Lib. I, cap. 2, p. m. 175.

Nønnulos ad litterarum studia, alios ad statum militarem. qvosdam ad mercaturam, cæteros ad agriculturam, & qvæ non alia negotia tractanda, aptos & qvæ si destinatos experimur. Unde non sine caussa cecinit Poëta:

*Quot capitum virunt totidem stu-
diorum*

Millia. & alter;

*Velle suum cuique est, nec voto vi-
vitur uno.*

Hoc non sine singulari optimi & sapientissimi Numinis factum est providentia; qvare prudenter conjicere possumus, causam tantæ varietatis præcipuam esse, ut eo firmius inter mortales eset societatis vinculum; qvum, ut alter alterius ope & industria carere non potest; ita diversorum instar membrorum, diversis usibus destinatorum, eo facilius in unum coalescerent

cor-

corpus, ac mutuam operam & auxilium hoc expeditius præstarent.

§. IV.

Hujus animorum summæ va-
rietatis originem & caussas
si inquiramus, facile adparebit,
eam, vel ex arctissima unione
mentis & corporis, qvam maxi-
me resultare. Pro certo enim
firmo, ratoqve habemus, homi-
nen esse substantiam compositam,
ex mente finita & corpore or-
ganico, hasqve duas partes es-
sentiales esse, qvæ ad constitu-
tionem hominis tam necessario
reqviruntur, ut, qvi in *materia-
listarum* non nisi corpora admit-
tentium (*c*), vel *Idealistarum* cor-
pora dari negantium (*d*) descen-
dere

(c) quorum in numero agmina du-
cunt Bened. spinoza. Hobbes. in Levi-
ath. Cowardus in libello de materiali-
tate & mortalitate animæ. (q)

dere voluerit eastrā; is non aliud efficiet, qvam summam suam stultitiam delirantemq̄ animum prodat. Qilibet enim sanus ejusmodi operationes, nullo non tempore, in se animadvertisit, qvæ diversissimarum substantiarum, *materialis* puta, & *immaterialis*, existentiam necessario evincant; qvæ attributa & proprietates cuique proprias, inter se confundere, temerarium omnino esset. Tam arcto autem nexū a summō Numine sunt combinatæ, ut unum quoddam *iunctiū* constituentes, harmonice & optimo concentu suas edant actiones. Omnes quidem saniores uno quasi ore admittunt, & quotidiana convincuntur ex-

peri-

(d) rum doctrinam Anglus quidam propugnare voluit in tract. De nova veritatis investigatione qua demonstratur non existentia vel impossibilitas mundi externa Lond. 1713.

perientia, qvod detur familiaris-
sima duarum substantiarū aptissi-
maqve conspiratio; vi cuius mens
illa, qvæ corpori bona vel ma-
la fuerint statim percidentiscit; &
yice versa, ubi animus fuerit
hilaris & jucundus, vel tristis &
truculentus, aliis corporis se-
qvitur status: Modum autem
hujus (vavissimi commercii, cum
Philosophi indagare voluerint,
& certis rationibus definire, in-
ter se maxime discrepant, ut ex
Historia animadvertisimus litera-
ria. Tria hic obveniunt prima-
ria & celebriora systemata. *In-*
fluxus nempe, *Causarum Occasiona-*
lium & Harmoniae Prestabilitæ. Illud
sine dubio jam a primis temporo-
ribus admissum, & ab Aristote-
le adornatum, mutuum vult in-
ter utramqve partem & Physi-
cum influxum; ut anima in cor-
pus agat, eademqve vicissim e-
jus

ius influxui obnoxia sit. Istud seqviori tandem ætate excogitau-
runt Ludovicus de La Forge & Ni-
colaus Malebranckius (e). Cum e-
nīm prius regulis motus qvomo-
do conveniret, non viderent,
præsertim cum anima non habe-
at partes extra partes, & nullus
motus sine contactu fiat, occa-
sionem inde naæti sunt docendi,
nec animam nec corpus qvid-
quam in se invicem operari; sed
omnem talium actionum reali-
tatem

(e) Dicitur alias hoc systema Car-
tesianum, quasi is primus ejus au-
ctor fuerit; a nonnullis v. qui inter
genuinos ejus Philosophie sectatores
haberi volunt, hoc frustra illi impu-
tari contendunt, cum E ipse influ-
xum maxime adstruxisset, ut præ-
aliss hoc vult Ruardus Andela. quod
autem saltem occasionem sic statuendi
ex Cartesii Philosophia alii hauferint,
non temere quisquam inficias ibit.

tatem a Deo, tanquam caussa solitaria & immediata, arcessendam; utpote qui, ad præsentiam causarum secundarum, hunc vel illum effectum, immediate producat: ita, ut homo ipsemet nullas actiones edat; sed actionum suarum tantum sit caussa occasionalis; quin & id est omnes, occasione rerum externalium, a summo Numinе, quod tanquam prototypon omnium rerum ideas in se contineat, excitari, vel in Deo, ut ipsorum more loquar. videri. Hoc vero in scenam hac nostra ætate prodire jussit ingeniosissimus Philosophus & Baro Gotfr. Guilhelm von Leibnitz; quod a variis deinde admisum fuit, præsertim ab acutissimo h. t. Philosopho Christiano Wolffio illustratum. Cum enim prius istud *influxus* multis laborare incommodis & difficultatibus, &

po-

posteriorius *Adsistentia*, cum saniori Theologia consistere non posse viderent; ut hæc pericula Philosophiæ & Theologiæ imminentia tollerentur, *Harmoniam* quandom *Præstabilitam* induxerunt: per quam quidem constans & perfectissimus, inter corpus & animam, servetur parallelismus; sed cuius respectu nec Deus immediate, sine causarum secundarum operationibus, quidquam agat, nec mutuus animæ & corporis sit influxus; sed utrumque regnum causarum efficientium & finalium, vi a creatore indita, secundum leges harmonice præstabilitas, sine ulla cum altero communicatione, operationes suas exerceat. Ut hac ratione corpora agerent, ac si nullæ essent animæ. Hæ vice versa, ac si nulla darentur corpora. Afferunt namque, prælente in organis sen-

foris motū, perceptionem seqvi
 illi adæqvatam & respondentem
 in anima, a nullo principio ex-
 terno determinatam; sed nexu
 qvodam concatenatedo, ex intima
 ejus natura depromtam, & sum-
 mi Numinis omnisapientia præ-
 stabilitam. Contendunt insuper,
 ad animæ qvoqve appetitum, o-
 ptatos in corpore motus, certo
 ordine & gradu, vi illi indita,
 subseqvi, quemadmodum id ul-
 terius, duobus horologiis parie-
 ti appentis, & pari motu agitatis,
 illustratum eunt. Tantos com-
 ponere fluctus, ac sententiarum
 divortia sistere, nec argumen-
 tum præfens reqvirit, nec etiam
 in facultate mea juvenili positum
 est, Sufficiat, verbo duntaxat in-
 dicasse, præsentem nostram tra-
 cta ionem, cum omnibus tri-
 bus recensitis, optime posse con-
 stare.

§. V.

His ita prælibatis, diversissima-
rum inclinationum causas
inquirerentibus, ad utramque com-
positi partem, respiciendum esse
arbitramur. Licet enim inclina-
tiones ipsas in anima radicaliter
fundari concedamus, cum, ut Po-
ëta loquitur:

*Igneus est illis vigor & cœlestis ob-
rigo;*

tamen, certam ejus determinati-
onem a corpore pendere, omni-
no pervasum habemus. Cum-
que menti, tam intelligere, quam
velle, a communi Philosophorum
schola tribuatur, & tam clarum
sit, ut naufragium forte lectoribus
moverem, si in hoc demonstran-
do operose versarer: utriusque
etiam facultatis indelem brevi-
bus explicare conabimur. *Intel-
lektus* præcipue tribus instruitus
est facultatibus; *memoria*, qva i-

deas quascunq; recipere, retinere, & earundem reminisci potest; *ingenio* seu *vi*, qva variarum notionum & idearum similitudines animadvertisit, & possibilis earundem invenit combinationes; *judicio* seu facultate discernendi, de vera rerum existentium convenientia & discrimine; de hoc tantum tolicita, qvid cuique illarum sit jure tribuendum, vel non. Pro harum facultatum varia existendi ratione, ac diversa earundem combinatione, alia intellectus natura enascitur. Quidam enim *judicio*, nonnulli *ingenio*, alii memoria plurimum valent. Nec omnino desunt, qui præditi sint facultatibus istis in eodem vivacitatis gradu, licet in aliis alio modo dispositæ inventantur. Hinc factum, qvod a Philosophis in varias classes ingenia, hominum divisa tuisse animad-

nimadvertisiis: in magna & para-
va; acuta & hebetia; ordinaria &
extraordinaria; liberalia & servilia;
nivida & languida; divina, heroica
& bruta &c. Quidam, hominum
ingenia cum metallis comparan-
tes ea distinxere: in plumbis, fer-
reis, vitrea, argenteis, aureis & e-
variis metallis mixta. Hinc alii
mortalium ad Linguarum & Hi-
storiarum studia, qvidam ad E-
loquentiam & Poësin, nonnulli
ad res sublimiores & profundas,
tam Theologicas, quam Philo-
phicas, promptum aptumque ha-
bent animum. Qvædam ingenia
ab his studiis aversa, tamen in
aliis negotiis administrandis va-
lere novimus e. g. si statui mili-
tari, mercaturæ & artibus ma-
nuariis se consecraverint. Qvo-
rum intuitus, probis parentibus &
informatoribus accurate atten-
dendum est ad cuiusque ingenii
apti-

aptitudinem, ne invita Minerva
ea suscipere cogantur, qvorum
ne minimum fere fructum olim
persentiscere possint. Inter do-
tes ingeniorum iudicium primas
meretur partes; qvare studiis
maxime applicandi sunt, qvi hoc
bono gaudent, cum non deceat
ingenuum Philosophum, qvævis
Magistri sui verba, ut oracula ceu
ex tripode dicta, assumere, & ex
præjudicio auctoritatis, qvæcunq;
dogmata ut infallibilia venerari;
sed in eorum veritate inqvirenda,
ipsius rei cum formatis concepti-
bus convenientia vel disconve-
nientia observanda, unice solitus
esse debeat. Et, qvi jam in pue-
ritia, certis se devovent studiis,
vel fustibus ac verberibus ad ea
coguntur, ad qvæ animum non
habent dispositum, nec mirum,
si ad nullam maturitatem perve-
nire unq;am possint; sed suam
stul-

stultitiam, ignorantiam ac demen-
tiam prodant, & monstruosos in-
geniorum foetus in lucem prodi-
re jubeant. Voluntatis, alterius
animæ facultatis, nec minorem
observamus differentiam, ejusque
intuitu mores plurimum variari.
Illa enim est, qvæ alia appetat,
idqve sub ratione boni, alia sub
ratione mali aversetur. Maxi-
me depravatam esse scimus vo-
luntatem, ut omnes & singuli
inordinato sui amore & philautia
prava ducantur, qvamqve in tria
præcipua semet diffundere vitia,
non ex sacris modo litteris (f);
Sed vel ipsa qvoqve ex ratione,
ut plurimum edocemur (g). Si-
cūt

(f) 1. Joh. II. 16. conf. Budd. Th.
Moral. part. 1. cap. I. sect. IV. (g)
Ipse Aristoteles triplex ejusmodi ho-
minum genus admississe constat: ανο-
λαυσικος, quod voluptates sectetur, πο-
λιτικος, quod honores adspiret, & χει-

cut enim omnia, qvæ appetuntur,
 sunt res vel *jucundæ*, vel *utiles*, vel
bonæſt̄: ita ille voluptatem, iste
 avaritiam, he provocant ambiti-
 onem. Atqve ad hæc tria cardi-
 nalia qvæcunq; alia facile reduci
 possunt vitia, eorumqve saltē
 sunt modificationes. Sic alii sum-
 mo gradu sunt avari, minusqve
 de ceteris participant vitiis. A-
 pud qvosdam duo vitia regnare
 videntur: nempe voluptas & a-
 varitia; avaritia & ambitio, &
 sic porro; ut tamen tertium non
 ita facile animadvertisatur. In qvi-
 busdam tria conjuncta esse pos-
 sunt, & pari passu ambulare. Atq;
 pro hac diversa voluntatis incli-
 natione, ad singulares motus,
 affectus & mores, qvisqve pro-
 penſiſſimus habetur. Qvæ con-
 ſtitutio voluntatis, non ſolum pro
 diver-
 p. 115. quod divitias ambiat, conf.
 Budd. Theol. moral. loc. cit.

diversa vitiorum cardinalium ratione; sed etiam ex pluribus aliis circumstantiis, quas in sequentibus adferemus, variare potest.

§. VI.

Quod attinet alteram hominis partem, corpus nimirum, dantur & in illo infinitae prorsus varietates, quæ temperamenta nuncupari sueverunt. Historiam si consulamus litterariam, facile animadvertissemus, quod Hippocrates primus fuerit, qui doctrinam temperamentorum edere allaboraverit, quam postea emendavit Aristoteles, Galenus vero quam maxime illustravit. Et præcipue quatuor ab eis numerantur temperamentorum genera, ex primis qualitatibus: *calido*, *frigido*, *siccо* & *humido* conflata. Sic infensu composito, *humidum* & *calidum* sanguineo; *humidum* & *frigidum* *Phlegmatico*; *calidum* & *siccum*.

siccum Melancholico respondent. Hinc etiam, pro varia harum qualitatum mixtura, divisio orta est, inter temperamentum ad *pondus*, & temperamentum ad *justitiam* (b). vel, qvod eodem recidit, inter temperamentum *æquale*, qvod Arithmeticæ, & *inequale*, qvod Geometricæ est proportionis. Alii ista temperamenta ex totidem humoribus, *sanguine* proprie sic dicto, *pituita*, *flava* & *atra* bile derivarunt. Alii eundem numerum admittunt, eaqve deducenda volunt ex elementis, qvæ cum omnib⁹ corporibus communia sint: ut *aer* sanguineo, cholerico *ignis*, Melancholico *terra*, Phlegmatico *aque* respondeat. Nonnulli, pro adstruendo quaternario temperamentorum numero, hanc rationem

(b) conf. Job. Melck. Verdries in *Natur. scient. introductione part. spec.* cap. II. p. m. 287.

nem ingrediuntur: dicunt obser-
vatas esse in sanguine quatuor
diversarum conditionum parti-
culas; materiam nempe aquosam;
partes inflamabiles, oleosas & sulpho-
reas; materiam salis; & particu-
las terrestres. Sic, ubi aquosa ma-
teria prævalet, & quorum san-
guis multa crudorum & seroso-
rum humorum copia abundat,
fibræ sunt laxæ, vasa multa, sed
exilia, & in carne latentia, Phleg-
matici dicuntur. Salia si præ-
ponderent, quæ massam sanguineam
partibus tenuicribus & vo-
latilibus implent celeremque red-
dunt, vasa etiam licet non lata
& ampla, copiosa tamen & fa-
cile permeabilia fuerint; fibræ
mediocriter intensæ & ad motum
habiles, inde temperamentum
sanguineum existit. Ubi languis
particulis sulphureis, oleofis &
ad motum excitandum continu-

andumqve pronis scatet, fibræ
firmiores & maxime elasticæ,
ad citatores vibrationes satis dis-
positæ inveniuntur, id choleri-
ci naturam absolvit. Qvorum
autem succi abundant multis fi-
xis, terrestribus, spissis, acidis,
minusqve mobilibus particulis;
vasa etiam habent ampla satis,
sed minus intensa, fibrasqve du-
ras, rigidas, adstrictas & ad
motum ineptas, hi in Melancho-
licorum classem referuntur. Non
illos magnopere curamus, qvi
Astrorum influxui nimium qvan-
tum adscribentes, ad numerum
septenarium primariorum plane-
tarum, totidem fere excogita-
runt temperamenta: ut *Saturni-*
nun pure Melancholico; *Martia-*
le cholericō; *Venerum* sanguineo,
Lunare Phlegmatico respon-
deant; *Joviale* vero & *Solare* par-
ticipent cholericī atq; fangvinei
natu-

naturam; *Mercuriale* omnibus temperamentis applicari possit. Nostra instituti ratio non permittit, dilcrepantiam in singulis hisce sententiis obvenientem examinare. Nec tantum periculi subesse videtur, qvod disuadeat, qvo minus unicuique liberum, hac in re, concedi possit judicium, si modo proba accesserit explicatio. Consentunt recentiores plurimi cum veteribus in eo, qvod quatuor temperamenta, tanquam summa genera, constituant, ad quæ omnes & singulæ variantes corporis constitutio-nes referri queant. Hoc insuper, ad monitum præstantissi- morum Philosophorum, obser- vamus, qvod, in certis tempe- ramentis designandis, non solum ad partes fluidas, sanguinem & alios humores respiciendum sit; sed etiam ad partes firmas & soli- das,

das, vasa, fibras, arterias, venas,
nervos, lymphæ ductum, muscu-
los, fluida recipientes, continētes,
& ad certos motus disponentes.

§. VII.

Intima convicti sumus consci-
entia, & quotidiana experien-
tia certi, tam arctum & fir-
mum esse inter animam ac cor-
pus vinculum, commercium atq;
concentuum, ut ad certos hujus
motus, certæ etiam ejus cogita-
tiones conseqvantur, & certos
animæ appetitus, illis responden-
tes corporis comitentur motus.
Hinc fuimus adducti, ut vetu-
stissimum Galeni dogma, quo,
mores animi, temperamentum corpo-
ris sequi, perhibentur, adoptatum,
pro instituti ratione aliquatenus
illustratum iremus. Minime con-
tendere volumus, temperamenta
prorsus necessario & inevitabili
mo-

modo impellere, urgere & cogere animam, ejusque operaciones determinare, cum ei, ob summam suam libertatem, nulla coactio externa tribui possit; bene tamen inclinationes inducere, vel earum occasiones haberi possunt; utpote cum temperamenta, ad canonem Philosophorum, non necessitent, sed inclinent. Pro varia namque dispositione partium corporis, fluidarum & solidarum, aliæ atque aliæ inclinationes in mente, non possunt non exoriri; ita ut, ubi ordinata est cerebri constitutio, nervorum, musculorum, fibrarum, venarum. que intensio & robur moderata, liqvorumque vario modo mixtorum optima temperies, ut placido ac æqvabili profluant fluxu, non possit non mens officia sua rite & statu quieto absolvere, ideas promte recipere, re-

præ.

præsentationes nullo negotio fibi
sistere, & judicia optime forma-
re. Corpore vero se aliter ha-
bente, anima non nisi ægre suā
explebit munia. Id jam olim a-
gnovit ipse Seneca: ubi, hæc in-
qvit, quæ vides ossa circumvoluta
nervis, & obductam cutem, vultum-
que & ministras manus, & cetera
quibus involuti sumus, vincula ani-
morum tenebræque sunt. Obruitur
bis animus, offuscatur, inficitur, ar-
cetur a veris & falsis, in falsa con-
jectus. Omne illi cum hac grande
certamen est (i). Animadverte-
runt philosophi, qvod sanguineo
temperamento competit animi
lætitia, vigor, promptitudo, curi-
ositas, sed inconstans remissaqve,
laborum graviorum aversatio,
rerum jucundarum desiderium
aucupiumqve; & ut paucis di-
cam

(i) De consolat. ad Marc. cap.
XXIV. conf. Sapient. cap. IX, v. 15.

caen , studium voluptatis. *Cholerici* habentur prompti & impetuosi in agendo, ad iram faciles, negotia tantum ea tractantes, qvæ ambitioni & gloriæ promovendæ aptissima viderint, licet plurimis exposita periculis, atqve difficultatibus maximis. *Melancholici* sunt tardi in agendo, sed constantes & pertinaces, laborum patientissimi, & solitudinis amantes, ut neqve ad studia sint inepti. A præconceptis opinib⁹ & sententiis receptis haud facile dimoveri se patientur, sed mordicus eas defendunt. Circumspecti sunt valde & suspicaces. Non temere amicitias contrahunt, neqve cum inimicis fideliter in gratiam redeunt. Sunt indignabundi, invidi, anxii, morosi. Hinc etiam Politici dicunt: *hoc genus hominum in aulis vivere non posse;* utpote qvi faciles, af-

C fabi-

tabiles, prompti, celeres, humani & moribus qvibuscunq; concinnis instructi esse debeant. Phlegmatics maxime corporem desidiam & somnum amant atque lectantur. Ingenio sunt leni, iudicio languido, & sentibus obtusis; veritatibus proprio marte indagandis inhabiles, aliorum vero tententius admittendis faciles. Sordidum & abjectum produnt animum, non solum in eo, qvod conditiones qvascunque viles & inhonestas saepe affectent, sed etiam nihil qvidqvam current, sive in bonae sive malae existimationis notam incurvant. Gulae & ventri sunt dediti. Hoc saltem aliquam virtutis speciem apud illos gerit, qvod pacificam ament vitam, aliisque potius de suo iure cedere, & injurias patienter ferre, qvam aliqua ratione molestias aut labores tibi

crea-

creare velint. Dum vero in iram tandem erumpunt, tarditatem vindictæ gravitate compensant.

§. VIII.

Ec temperamentorum genera-
ra non esse prorsus invari-
abilia & fixa, qvin posse a caus-
fis & occasionibus, tam naturali-
bus, qvam moralibus, immane
quantum vel augeri ac incitari,
vel mutari & alterari, idqve vel
in perpetuum vel ad tempus, in-
dubia rerum nos docet magistra.
Sic habenda est soli ratio, qvoad
ejus fertilitatem, qvæ ubi spon-
tanea fuerit, nec multis labori-
bus provocanda, incolas reddit
molles, voluptuosos, ignavos at-
qve superbos. Unde Cicero: ex
bac inquit, *copia & omnium rerum*
affluentia primum illa nata sunt; ar-
rogantia, quæ in majoribus nostris
aliorum Capue consu' em postulabit:
deinde ea luxuries, quæ ipsum anni-

tem, armis etiam tum invictum, bo-
luptate vicit (k). Neque exigu-
um habet momentum regionum
situs, sive ad borealem vel austra-
lem præsertim plagam spectent,
& qualis sit in illis aëris consti-
tutio. Cum enim sine respira-
tione, nemo mortalium vivere
possit, hinc etiam necesse est,
ut plurimam aëris copiam sibi
attrahant; qui prout hoc vel il-
lo vento fuerit agitatus, his vel
istis darticulis retortus, crassus
vel tenuis, calidus vel frigidus,
diverso quoque modo in corpora
agit. Ventus borealis, ut siccus est,
sic etiam superfluos humores ex-
siccatur, atq; reddit mentis & cor-
poris operationes expeditas. Hu-
mido vero ac turbido austrino
vento spirante, corpus humanum
languecit, & capitidis dolor exci-
tatur. Ita observavit *Libertus*

Fre-

(k) *Cicero contra Rullum*

Fromondus (1) qvod insularum
Flandricarum incolæ, austro-
spirante, manifeste morosissimi
ambulent, pueri tristes & lugu-
bres desideant domi, nec sole-
mnes amplius eorum lusus cœ-
tusque appareant. Qvod tatis in-
geniose expressit *Virgilius.* (m)

*Haud equidem credo quia sit divi-
nitus illis*

*Ingenium, aut rerum fato prae-
denta major.*

*Verum ubi tempestas & cœli mobi-
lis humor*

*Mitavere vias, & Jipiter bumi-
dus austris*

*Densat, erant que rara modo &
que densa relaxat:*

Vertuntur species animorum,

*Experiuntur itinera facientes ad
cali-*

(1) Meteor. Lib. IV. cap. VIII. art.
II. conf. Verdries de Aequilib. Ment.
& Corp. (m) Virg. Georgicor. Lib. I.
v. 416.

calidas oras, qvod odoratus ex
citreorum locis afflatus, qui val-
de contrarius est putredini, sic
aërem mirum in modum perfi-
ciat, ut homines ibi degentes
plurimum recreentur, morboque
laborantes haud raro valetudini
restituantur. Et quis nescit? qvod
mortales aliter, in puro aëre,
quam nubilo & impuro sint
constituti. *Horatius* hominem
qvendam stupidi ingenii descri-
pturus eum ex Bœotia oriundum
fingit, utpote qui a moratiori-
bus simplicissimi habebantur,
causamque hujus rei subjicit,
qvod in crasso nati essent aëre:
*Bœotum in crasso jurares aëre na-
tum (n).*

Nec sua prorsus caret utilitate
attendere, an homines ad loca
paludosa, fluvios, mare; vel et-
iam in regionibus montosis, lo-
cis.

(n) *Horat. Lib. 45. cap. 23.*

cisqve excelfis habitent, qvorum singulorum peculiares effectus exponere nobis non vacat, sed earum amœnitatum cupidos ad Physicos remittimus.

§. IX.

Luminibus istis magnis, Soli Lunæqve, omnem virtutem & operationes in corpora humana derogare nemo potest, nisi qvi veritatem ipsam infringere & apertis oculis cœcutire velit.
Job. Melch. Perdryer refert in suo tract. de Aeqvil. M. & C. qvod A. 1687. mense Febr. cœlo quidem sereno, sed rubore sole, qvidam, fine manifesta tilla causa, languinis profluvium passi occubuerint, alii vero diarrhœis, dolore & pruritu artuum, rheumatismis, lipothymis, haemorrhagiis & similibus morbis vexati fuerint, donec iterum in priorem statum terenum jucundum

dumque mutabatur. Et nonne in calidioribus locis , ubi Sol major em suam virtutem exercere potest, ad venerem multo prioniores sunt cæteris gentibus Septentrionalibus. Lunæ vim testatur vel ipsum *Verulamii* exemplum , qvi ea deficiente atque ecclipsin passa, repentino animi deliqvio correptus fuit; idque factum etiam , ubi nullam defectionis lunaris præviam habuit notitiam. Quam primum autem lumini priori restituta fuit, statim retocillatus est , & convaluit. (o) Cl. Robant testatur se plurimorum annorum experimentis institutis observasse , qvod pro diverso tempore mutationis lunaris , magis minusque medullæ in ani-

(o) ut fere ipsissima verba in auctoris illius vita, operi majori premissa , ad finem annotata legi posunt.

animalium ossibus fuerit inventum. Ut jam rusticorum observationes mittam, qui certis temporibus lingua abducindunt, si utilitatem ex iis consequi velint. Astrologiae vero judiciariæ, genitiliorum, & similium aliorum nugas ac impias conjecturas (p) merito explosas volumus. Horum vanitatem jam olim ipsi gentiles animadvertere, ut vel ex Cicero se constat: *Quid plura?* inquit, quotidie refelluntur Chaldaei, quam multa ego p[ro]moto, quam multi Crasso, quam multa huic ipsi Cesar[is]

(p) fuere nonnulli co*mpletatis progressi*, ut rationem diversitatum religionis e stellis deducere voluerint: Judaicam ex Jovis cum Saturno; Chaldaico - Persicam ex Jovis & Martis; Romanam Jovis cum Venere, Christianam Jovis & Mercurii conjunctionibus. conf. Fabricii B. L. lib. cap. v.

jari a Chaldeis dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum: ut mibi permirum videtur, quemquam exstare, qui etiamnum credatis, quorum predicti quotidie videat re & eventu refelli (q) Quin ipse Mich. Nostradamus astrologus summus cum Mr. Jodelle arguta illusione disticon hocce

*Nistra damus cum falsa damus,
nam fallere nostrum est,
Et cum falsa damus, nil nisi no-
stra damus.*

in ipsius nomen composuisset, suæ scientiæ vanitatis intime convictus, haud improbe professus est, istud potius epitaphio suo inscribi & potuisse & debuisse (r .

§. X.

Ex his forte generalioribus causis (s) Philosophi plurimi, quarum-

(q) Cicero Lib. II. de divinatione.
(r) Conf. Job. G. Walcbii Lexicon

rumcunq; regionum mores & inclinations communes, explicare voluerunt. Aliæ enim gentes sunt iracundæ, aliæ superbæ, aliæ audaces, timidæ aliæ, & in venem faciles; & hæret, ut verbis *Barclaji* aliquantum immutatis utar, qvædam inconcessa vis pro conditione terrarum, qvibus nasci contigerit, ut singulis re-

gi-

Philos. sub titulo Astrologie. (s) Religionem quoque ipissimum marum causim & fontem esse, ut pro ejus diversitate gentes plurimam varient, non est dubitandum. Sic ad quæstum Judaica, ad secundum gloriam Muhammedena, ad voluptates vel amplectendas vel fingendas Pagana, sola Christiana religio, ad veram virtutem & pietatem, si a sectis abstrahatur, ducit atque invitat. Ut verba sonant in libro, qui inscribitur.

Principia Philosophiae Moralis secundum Principia Thomasiana p. m. 494.

gionibus spiritus qvasi proprius
sit, qvi nascientibus hominibus
patriæ habitum & cupiditates sta-
tim ingeneret. Ut istic natura
lis levitas populos agat, turbidis-
qve incerta consiliis; illuc pin-
gues gravesqve animi tristi super-
bia, tanquam specie arcanæ sci-
entiæ, ferociant: hi sitim non to-
lerent, alii in mutationem, nec
provisa consilia, temporariis in-
geniis incumbant apud cæteros
placari non possit ultionis ingeni-
um: in qvibusdam simplex fi-
des, in aliis acumen animorum,
in pluribus fortitudo; nec ullum
dixerim a natura tam conditis
moribus esse instruclun., in
qvo non aliquid desideres, velut
ultimam artificis manum. Et
cum nihil utilius sit, qvam noti-
tiam qvoqve aliarum gentium
habere, ut sciamus, qvid a qva-
qve exspectandum sit vel timen-
dum, paucis etiam hanc operam
ad

ad aliorū, doctrinæ, prudentiæ & experientiæ laude ac gloria inclitorum virorum ductum absolvemus: spe certissima freti, nullius sapientis indignationem vel odium inde nobis excitatum iri, cum nullus unquam hominum sit, qvi non suos patiatur manes; & neminem deceat tam superstitionum amatorem sui ortus esse, cui grave sit, in recensione patriæ suæ, etiam vicia nominari. De aliis mundi partibus non multum erimus solliciti; cum paginarum angustiæ id etiam prohibere videantur: verbo faltem indicasse sufficiat: *Asianos* molles, timidos, imbelles, inflatos & nimium ambitiosos, sed juxta ingeniosos haberi. *Africani* æstimantur libidinosi, astuti & perfidi. *Americani* sunt inculti, barbari & decorum haud observantes. De omnibus tamen iis exstimas

mus

mus dicendum, quod olim Hippocrates de Asianis; invenies Asianos ipsos inter se differentes plurimum, generosiores alios, alios degeneres. Quartæ mundi partis. quam nos incolimus, quæque Europæ nomine insignitur, aliquanto pleniorum mōrum descriptionem dare conabimur, præsertim ubi cum ejus incolis maxime conversari & agere necesse habemus. Sic Hispani ad gloriæ cupiditatem & nimiam sui æstimationem propendent (t). Reconditæ illis

men-

(t) hujus summe eorum ambitionis exemplum unum vel alterum ex Barclajo adduxisse non pizebit. Inter alia sutor ejus gentis evenus, fatis jam instantibus, defectaque licet voce, hoc tamen monitum filio suo presenti dedit: me inineris in majestatem affurgere familia tua dignam. Immo mulier, vix centonibus tecta, as tribus liberis mendica-

mentes & ad lenta cōfilia idoneæ. Iudiciorū qvidem apud eos profunditas magna, sed qvam, metu summæ inqvisitionis, plurimum ostendere non audent. Ad militaria officia inhabiles non sunt: a voluptatibus haud abhorrent. Galli leves, inconstantes, celeres, impetuosi, varietatum & novitatum nimii amores sunt; unde qvi modulos vestium anxie & tenaciter sectatur, dicitur *a la mode nouvelle Françoise* vi-

ve-
*bulis circumdata, cum nobili cuidam
 Gillo obviam veniret, & is misericordia motus, unum ex liberis isti sibi ad pedissequum tradi vellet, quo
 feminine onus ex parte levaretur, hoc
 illi superbū aedit responsum: Sati-
 us illi, si fata tulerint, inedia
 extingui, qvam ad servitutem,
 sub externo præcipue domino, e-
 gregiis hominibus indignam ac-
 cedere.*

vere. In bello gerendo non infelices, præsertim in munimentorum oppugnationibus, cum architecturæ militaris sint peritissimi. Gens ingenii dotibus maxime pollens, potius ad res jucundas, quam solidas & graves tractandas idonea. In conversationibus alacres, humani & jucundi: falaces, & ad res quascunq;e voluptuosas proni sunt. Insulæ Britannicæ habent incolas graves, constantes nimiosq; suæ gentis ostentatores; iræ sunt tenacissimi, vindictæ cupidi, mari gerendo bello aptissimi, studiorum, præsertim Matheos & Philosophiæ Naturalis cultores felicissimi. Belgæ maxime incliti sunt ob mercaturam & commercia, quæ cum plurimis gentibus habent. De cætero libertatis æmuli præ aliis reperiuntur. Itali sunt crudeles, subdoli, rebus ju-

jucundis & voluptati inservientibus dediti, utpote musicæ, artis pictoriæ, sculptoriæ &c. In humioribus studiis felices sunt. Nec forte scientiis qvibuscunqve solidioribus inepta erent eorum ingenia, si modo a Papali superstitione non impederentur; in cæteris effeminatum habere eos animum, omnes testantur. *Germani* facile irascuntur, aliisque antecellere cupiunt. Promissis & pactis stare quantum poris est, semper volunt; ut inde dici soleat *Germana fides*, qvæ candida & simplex sit. Nec omnes aversantur voluptrates, licet aliis vicinis gentibus hujus rei causam tribuant. Fortissimos eos in bello novimus. Tam judicii qvam ingenii acuminne clari sunt. *Pannoni* habentur ferociæ, graves, laborum patientes, tumidi, gulæ dediti & voraces, in bello audaces. *Dani* in artibus

addiscendis felices , armisqve tra-
ctandis nec inhabiles sunt. *Mas-
covitica* gens olim barbara & in-
cultia fere fuit , sed incompara-
bilis *PETRI* cura excoli cœpta , ad
mores humaniores etiamnum
contendit. Paucis etiam *Sveco-
rum* mores indicemus: Gens est
constans , gravis , candida & fi-
da , nec non honoris cupida.
Sunt erga alios benigni & libera-
les , laboriosi , molestiisqve de-
vorandis apti. A volupratis vi-
tio nec omnino immunes inve-
niuntur. Fortitudo eorum bel-
lica ne ab invidia qvidem retice-
ri , nedum negari potest. De do-
ctrinæ gloria cum aliis contен-
dere possunt. Et mirari subit fu-
isse nonnullos , qvi septentriona-
libus omnibus populis , inqve iis
etiam *Sveciæ* incolis omnem in-
genii felicitatem derogare volue-
rint. Licet enim tempore bellorū ,
qvi-

q̄ibus multum infestatum fuit
hoc regnum , ingenia s̄epe felici-
ora artes & studia reliquerint,
ac ad arma capeſſenda ſe con-
verterint ; q̄ippe

*Regis ad exemplum totus componi-
tur orbis:*

nec tamen defuerunt, qui domi
remanentes tum q̄voq̄e studia
impense coluerint. Pacis autem
tempore, copiosiori numero , &
homines eruditi , & monumen-
ta doctrinæ prodierunt.

§. XI.

QVIN immo unicuique etiam
mortalium ſui peculiares
mores , affectus & ingenia ſunt;
cuius varietatis cauſæ & indicia,
tam *naturalia* , quam *moralia* ob-
veniunt. Ipsi *atati* multum tri-
buendum eſſe , vel ex *Horatio*
de arte Poëtica diſcimus :

*Atatis cuiusque notandi ſunt ſibi
mores*

Quod insuper non solum in ipsa experientia fundatur, sed vel maxime rationi conveniens est: scilicet, cum id jam evictum sit, quod etiam anima se accommodet ad statum corporis: pro varia constitutione & aptitudine partium solidarum, nervorum, cerebri & qualitate sanguinis, non possunt non ipsæ inclinationes plurimum variare. De certo ætatu in numero determinando non erimus solliciti, cum a quaternario communiter recepto, nulla nos recedere cogat necessitas. In pueritia primæ animæ vires, antea quasi lopitæ prorumpere videamus. Fibræ enim tum majorem accipiunt soliditatem; sanguis fluxilis & ob tenuitatem suam valde mobilis est. Hinc pueri sunt maxime inconstantes, ala-

alacres, tractabiles & jucundis tan-
tum rebus intenti. Adolescentia, ut
corporis structuram habet firmior-
em, & sanguinem a superfluo hu-
more magis purgatum: Sic eo in
statu actiones suas melius exercere
potest anima. Ingenio pollent a-
dolescentes, & ad scientias, præ-
sertim demonstrativas habiles pu-
tantur. In negotiis suis prompti,
moræ impatientes, pleni fiducia,
jactatores, æmulatores, incauti
& imprudentes, venerisque in-
super stimulis agitantur. Coa-
trarias a. prorsus inclinationes &
mores in tenibus deprehendimus.
Corpus enim illorum exsiccum; fi-
bræ, ob minorem suam elasticita-
tem, ad motus parum habiles de-
prehenduntur. Sanguinis tardus est
fluxus ob summam spissitudinem;
unde memoriæ & phantasie eo-
rum vis debilis est. Idem constan-
tes, imo pertinaces in proposito,
labori-

laboriosi, contentiosi, suspicaces, morosi, anxii, timidi, circumspici-
ti, queruli, obtrectatores & in-
vidi habentur. Quin avaritia vi-
tio plurimum laborant, utpote
quod non morbis vel senectute
debilitetur, sicut cum aliis saepe
fieri solet; sed potius alas & vi-
res inde accipiat, ut non satis cum
Cicerone mirari quis possit, quod,
quo minus via supersit, eo plus viati-
ci requiratur (x). Virilis ætas me-
dium quasi locum tenet. Fibris
gaudet solidis, perfectis & ad vi-
brationes durabilibus ac expedi-
tis.

(x) Ex *historia Romana exemplum*
avaritia maximum occurrit in Mario,
qui si et teneret, ut cum Plutar-
cho loquerer, opes pluribus suffi-
cias regibus, tamen anno etatis
80 morti vicinus has querulas edidit
voces: Se vitam præmatura mor-
te in summa paupertate finitu-
rum.

tis. Sanguis est temperatus, atque a detervescente liberatus æstu, ut placidus obtineat motus. Cerebri etiam temperies moderata; unde judicij vis maxime apud eos viget, ut sub forma Jani bifrontis, virtutes & vitia, præterita & futura perspicere possint, animumqve sic suum prudenter componere. In agendo constantes, firni & prudentes sunt; quare hæc ætas a Moralistis perfectissima audit. Morum hanc cum aetate varietatem optime expressit *Lucretius*:

- - pariter cum corpore & una
Crescere sentimus, pariterque se-
nescere mentim.

Nam velut infirmo pueri teneroq;
vigantur

Corpore: sic animi sequitur sen-
tentia tenuis.

Inde ubi robustis adolevit viribus
ætas

Con-

Consilium quoque majus & auctior est animi vir.

*Post ubi jam validis quassatum vi-
ribus aevi*

*Corpus, & obtusis ceciderunt viri-
bus artus:*

*Claudicat ingenium, delirat lin-
guaque mensque*

*Omnia deficiunt, atque uno tempo-
re defunt.*

§. XII.

VIdendum etiam est, qvibus ex parentibus qvis originem trahat. Quemadmodum enim surculorum ramorumqve ad instar liberi ex suis parentibus descendunt; ita, qvam fæpissime parentum mores in liberos propagari, qvotidiana edocemur experientia. Immo possemus, si e re esset, plurimis exemplis id probare; sed ne in meridiana & clara luce lumina accendisse videamus, unicum duntaxat prodire jube-

jubemus. Cum Domitium patrem amici ejus aliquando adirent, gratulaturi ei & conjugi ejus *Agrippe* recens natum filium *Neronem*, nulla inde lætitia motus, gratiarum loco hoc illis responsum dedit: *αδύτερον εστιν, οὐδέποτε τούτῳ αἴγα-
ρος ἐκ τῆς ἡμέρας πάντων γενεθῆναι* (γ). Et cum ipsius matris imaginationi tam multum sit tribuendum, ut ob peculiares ejus animi motus, perturbationes & casus infolitos, etiam fœtus læpissime fuerit notatus; nec mirum, si iisdem cupiditatibus, inclinationibus & moribus imbutos sæpe videamus. Retert Cl. *Verdries* quædam exempla, ac inter alia de feminis duabus, quæ, cum appetitum certorum ciborum satiare

(γ) quemadmodum ex Xiphilino sonant verba a Fabr. *Soran* in *Lx.* sub *Tit.* *Nero adducta*, *Conf.* *Svet.* *Tranq.* *Cap. VI.* *de vita Neronis,*

tiare illis non liceret, liberos genuerint linguæ promptitudine & motu libero destitutos; qui tamen postea curati fuerint, ubi cibamentis iis vescerentur, quæ ipsis provocarunt morbum. Hinc maxime derivandum videtur quod plurimi infantes ad ebrietatem, iram & similia plura vitia propendeant; quia parentes eorum in ipso veneris usu & exercitio, vel mater ipsa tempore conceptionis his indulserint vitiis. Qvare prudenter apud *Grecos* lege cautum fuit, ne vino & mero nimio obruti veneri se darent. Exinde *Diongenes* adolescentem stupidum ac procul desipientem mero adspiciens: *adolescentule*, inquit, *temulento satus es patre*. Quid? nonne id ipsa testatur experientia, quod *Horatius* olim hunc in modum cecinit:

*Fortes creantur fortibus: & bonis
Est*

*Est in Juvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroceſ
Progenerant aquile columbam.*

Huc pertinet Syeticum etiam proverbium: Applet faller intel längt ifrån trådet. Immo Chr. Wolfus (z), testatur de *Sinensibus*, quod apud eos mulieres prægnantes, objecta adspicere turpia, voces lascivas audire, aut ipsamet edere, minime audeant; sed quod vespri musicæ tantum jucunditate, & honestis gratisque vacare relationibus debeant, ut intans ingenio præstans nascatur. Sic quoque *Sexus* attendenda est differentia. Communiter enim feminæ inconstantiæ, mollitiei, nec non æmulationis vanæ arguntur. Unde *Virgilius*:

*Eja, age, rumore moras varium &
mutabile semper,*

Femi-

(z) *Wolf. in orat. de Sapient. Si-
nar. Confus. p. m. 54. 55.*

Femina.

Nec sine summa ignominia & con-
vitio etiam olim viri dicti fuere
feminæ, sicut videre possumus,
ex verbis *Cliti*, in oratione ad
Alexandrum Magnum: *Verum est*,
ut opinor, *quod avunculum Tuum*
in Italia dixisse constat: *ipsum in vi-*
ros incidisse, *Te in feminas* (a). Vi-
rorum autem animus magis con-
stans, gravis, fortis & tempera-
tus habetur. *Esculentorum*, cibi
potusqve maximam esse virtu-
tem inclinationibus varie tempe-
randis, nullus unquam negabit.
Parabili vietu latrantem satiantes
ventrem sunt animosi, robusti,
laborum ac molestiarum patien-
tes; qvi vero delicatis ferculis se
fovent, libidinosi, & voluptati-
bus dediti corporis laborant in-
firmitatibus. Observatum etiam
est

(a) *Curt. Lib. VIII. l. 37. conf. lib. Kl. II. 3.*

est a Medicis , qvod certa ciborum genera voluptuosos , crudeles , torpore & hebetudine infestatos homines reddant : unde neqve dubitandum , qvin plurima vitia , iam pueri una cum lacte hauriant . *Tiberius Nero* , qvi tanto bibendi studio flagravit , ut contumeliose *Biberius Merro* fuerit dictus , tertur hoc vitium a multibiba tua imbibisse altrice . Testantur Historiae de immani *Caligulae* crudelitate , atqve horrenda ferocitate , qvi non solum multorum sanguinem temere effuderit , sed tandem etiam omnium civium cervices in unum adaptatas voverit , ut unico iectu universos percuteret ; cuius immanitatis causa prohibetur , qvod scelentissima ejus nutrix illi lactanti praebuerit mammas sanguine illitas (c) .

§. XIII.

(c) *Certorum animalium , fera-*

§. XIII.

Attendendum quoque ad casum jusque fortunam, sive fuerit prospera quæ ad ambitionem, gloriæ studium, voluptatem, audaciam, temeritatem, aliorumque controrum præsertim, carnem & sanguinem homini non salutarem esse, Physici & Medicis experimentissimi obseruarunt. Nec alia fuit ratio, cur Pythagorei a carnium esu se abstinuerint, quam ut talium animalium feros affectus & mores, simul cum nutrimento, non haurirent. Idcirco ea elegerunt cibamenta, quæ succos magis temperatos redderent, nec animæ everterent tranquillitatem. Licet etiam nos Christiani ab omni ceremoniarum nube liberi simus, nobisque licet sanguinem, carnem, adipem nec non alia quæcunque ciborum genera consumere, videndum tamen est, ne, libertatis abusu, cupiditates pravas & illicitas temere provocemus.

contemptum s^epe allicit: vel ad-
versa, qvæ mortales reddit humi-
les, moderatos, humanos & tri-
stes. Idem de *sanitate* & *morbis*
dicendum. Qvi enim ad vitia
propendent, nec ulla passi sunt
molestias & corporis infirmita-
tes, illi magis in suo malo con-
firmantur proposito. S^epe a. anim-
advertisimus eos, qvi longioribus
præsertim cruciatibus & morbis
fuerunt infestati, vitia exuisse;
qvamvis, ut Germanorum au-
dit proverbium, verissimum sit:
**Ein frischer Mensch verläßt nicht
die Sünde / sondern viel mehr
die Sünde verlassen ihn.** Qvarer
tales non sunt moraliter censen-
di boni, nisi postea etiam ani-
mi libera electio & virtutis amor
accesserit. Sicut consequens sa-
nitatis ejusque comes est *elegan-*tia**
formæ, morborum autem
deformitas; ita illa omnium in se
ocu-

los convertit, atqve amorem sui excitat, in elegantiori præsertim sexu. Unde etiam veteres dixerunt: *magnam esse pudicitię titem cum forma.* Neqve a vero prorsus aberravit Poëta, superbiam insuper illi tribuendo :

Fastus ineſt pulcris, sequitur superbia formam.

Hoc a. contemptum parit. Atq; sæ numero deformes quoqve, retorsione velut invitante, maximi sunt irrisores, cum se ab aliis irrideri semper suspicentur. Dependent affectus & mores plurimum ex *educatione & institutione.* Hominum enim animi sunt ad instar tabulæ, cui tam malæ atqve deformes, quam elegantes & pulcræ imprimi possint imagines. Unde si bene fuerint educati, honestis sermonibus adverti, probaque sublevati institutione, in moratos, pios & bonos plerumque

que evadunt. Ubi vero aliter res haberit, alias quoque respondet eventus. Sedula namque & pia si intermittatur liberorum educatio ac informatio; voluptatibus autem indulgere, convivis & choreis freqventer interesse permittantur, ubi lascivos sermones & fesceninos versus audiant, motusque contemplentur Jonicos, aut ipsimet imitentur, liberalius atque protervius loqventes tanquam ingeniosi laudentur: de illis non nisi tristia quælibet speranda. Qvare elegantissime a quodam dictum est: Si prognosticon futuri seculi quæras, juventutem hujus ævi ejusque educationem inspectias, & exinde fausta & non fausta ominabere. Prout quis *labori* vel *otio* se consecraverit; ita etiam ejus mores variari nemo inficiabitur. Dum enim negotiis homo est intentus, non solum

multos pravos affectus, & ad perverla irritantes motus retundere potest, sed etiam ab aliis antea innutritis desistere. Hinc *Ovidius* de remediis amoris accommodat: *Otia si tollas periore cupidinis ar-
cus*

*Contemt eque jacent & sine lue fa-
ces.*

Qui vero otiosæ vitæ generi sunt dediti, trenis quasi laxatis, calcaria addunt gliscentibus suis affectibus & moribus corruptis, viciososqve habitus magis magis qve induunt. Notissimum insuper est proverbium: *Qui non cognoscitur ex se, ex socio cognoscitur.* Non solum enim ætas, forma, & in diversis frontibus una species, animos saepe conciliare valent; sed vel maxime eadem inclinationes atqve mores, in verbis & factis harmonicus consensus, eademqve studia. Unde haud inepte cecinit Poëta:

*Scilicet ingenii aliqua est concordia
junctis*

*Servat & ingenii fædera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella
gerentem*

*Rectorem dubia navita puppis a-
mat.*

Qvin, ob summum imitationis studium mortalibus inditum, factales sunt ad aliorum mores gestusque exprimendos, qvos, sive bonos sive malos, natura tandem in habitus commutat. De *Alexandro Magno* fertur, qvod citatiorem gressum habuerit ex *Leonide Pædagogi* vitio. Nec fere unquam animi, dissimillimis prorsus inclinationibus obnoxii, facile conjungentur, sed maxime valebit hoc *Horatii*:

*Oderunt bilarem tristes, tristemque
jocosi*

*Sedaeum celeres: agilemque gna-
vum ne remitti.*

C. XIV.

Nec sine insigni successu mores
aliorum & affectus conjici
possunt, si eorum vitæ *rationem*
statimque observemus. Licet e-
nīm hæc vel illa officia, studia,
& artes non infallibiliter certas
polliceri possint virtutes aut vicia;
dubitandum tamen minime vide-
tur, qvin occasionem inde, ad su-
as implendas cupiditates, sæpenu-
mero arripiant mortales, vel et-
iam easdem penitus mutent. Mo-
res hominum ad *formam regi-
minis*, cui subsunt, ejusqve mo-
dum variantur plerumqve; ut,
ubi remissum laxumqve fuerit,
in licentiam abeant cives; si ve-
ro justo rigidius & Tyrannicum,
animis fracti ad vilitatem sui re-
digantur. *Nobilitas* & *claritas* ve-
ra ducit qvidem ad virtutem e-
jusqve studium ac exercitium;
qvod autem in multis vanæ sit
ambi-

ambitionis alimentum, res ipsa loquitur. Id jam olim observavit *Sallustius de Metello agens:* *Cui, inquit, quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen incurat contemptor animis, & superbia, commune, quod tamen iusto laxius dictum, nobilitatis milium.* Plebeii homines ad voluptatem plurimum proclives sunt; animi curam negligentes, non facile aliis rebus, nisi, quæ sensibus grata esse possint, & delinimenta corporis procurare, moventur. Rationes non attendunt, sed saepe in furorem, iram & crudelitatem sine ulla iusta abeunt causa, &, ut *Virgilius* describit illos: (d)

- - saevit quo animis ignobile vulgus
fim-

(d) *Virg. Aeneid. Lib. I. v. 153.*
corf. L v. Lib. 24. cap. 25 Crn. Ne. in
Vita Dion. cap. 10. & Timoth. cap. 3.
ubi mores vulgi vividis exprimuntur
soloribus.

*Jamque faces & saxa volant, furor
arma ministrat.*

Mercatura, prout circa opes ac-
qirendas versatur : ita qvi illam
exercent, ad avaritiam propen-
dere solent. Qvi *militari* in *statu*
vivunt, plurimum audaces & tur-
bulenti habentur. Non tamen
probamus illud *Lucani* :

*Nulla fides pietasque viris qui castra
sequuntur*

*Venalesque manus : ibi fas, ibi maxi-
ma merces.*

Præterea *scientiarum cultoribus*
certi qvidam mores tribuuntur.
Sic *Philosophis* fastum, studium
novitatis, in receptis opinionibus
propugnandis pertinaciam, com-
munis inscitiae cohors imputare
solet. *Jurisconsultis* avaritiam &
ambitionem, *Medicis* volupta-
tem lucrique cupiditatem, vul-
gus objectat ; unde & istud : *dat*
Gilenus opes. Diversæ etiam *ar-
tes*, diversas inducunt inclinatio-
nes

nes & affectus. Athletæ, fabri,
nautæ, venatores, laniones &
qvi durioribus negotiis tractan-
dis molestiisqve devorandis sunt
adsveti, immanes, lævi, crude-
les, inhumani, nimiumq; audaces
offenduntur. Qvi vero ejusmo-
di tantum agunt, qvæ feminino
qvoqve sexui conveniunt, qvæ-
qve ad gynæcea magis, qvam
solidiora vitæ genera spectant,
utpote coqvi, cellulari, linteo-
nes, pistores, dulciarii & simi-
les, molles sunt & timidi. *pisto-*
res, cum rebus jucundis & sen-
sus delectantibus occupentur, ad
voluptatem propensissimi tæpius
animadvertuntur. Qvi *choreis*
& saltationibus freqventes inter-
Iunt, molles, lascivi & petulan-
tes redduntur. Qvi totos te *Musi-*
ce dederunt, imbelles & voluptu-
osi evadunt n. axime. *Platonis* hac
de re judicium adduxisse non pi-
gebit:

gebit: (e) Quicunque permittit, ut
 musica animum suum assidue circum-
 sonans occupet & demulcat, per
 quam aures, veluti per infundibula,
 harmonias infundit, quas supra com-
 memoravimus, blandas, suaves, mol-
 les & flebiles, atque etatem suam,
 in modulis animum delinientibus,
 consumit, is primum quidem, si quid
 iracundum habebat, anquam ferrum
 demollit, & utile ex inutili duroque
 efficit. Quando autem incumbit diui-
 tius, magis demulcit: post hoc ma-
 gis jam liquefacit animum & resol-
 vit; donec destillando exhaustat ani-
 mositatem omnem, excidatque tam
 quam nervus ex animo; ex quo an-
 nimam quasi sezonem militem efficit.
 Hactenus ille. Status conjugalis
 pluribus etiam est incitamentum
 tam viris, quam virtutibus. Qvo-
 tidiana namque experientia edo-
 cemur, quod homines moderati,
 faciles, tractabiles & probi, ubi
 (e, L. b. III. de J. st. thori

thori sociam, animo suo non satis convenientem, elegerint, s^epe impiam vivendi rationem meant. Nec desunt exempla eorum, qui per diuturniorem conversationem cum probis & honestis conjugibus, antea licet maximis dediti fuerint vitiis, in meliorem frugem tandem reducti sint.

§. XV.

IN aliorum occultis affectibus explorandis *Physiognomia* haud exiguam nobis operam pollicetur. Quo tamen sub nomine comprehensum volumus non solum doctrinam de colore, magnitudine & constitutione corporis; sed etiam eam in primis inquisitionem, quæ circa gestus vultus considerandum versatur. Ad priorem maxime respexit *Pythagoras*, dicendo: *In distorto corpore animam distortam & nequam habitare;* unde regu-

regulæ adinstar certissimæ hoc a Phisiognomis haberur: *Cave, quem natura notabit.* Posterior inclinatio-
nibus hominum indagandis magis est acommodata. Quemadmo-
dum enim neminem fugit, aliter disponi animum, ubi alii ejus ex-
oriantur affectus: ut iratus a pla-
cido, laetus a tristi & anxio semper
discrepent; ita quoque pro affectu-
um istorū varia indole alii atque alii
in corpore motus enascuntur, qui,
teste Cicerone, signa sint animi
& tacitur mentis sermo. Immo
cum ex iteratis corporis motibus,
a certi cujusdam affectus natura
profluentibus, vultus, musculi atque
nervi ad eundem semper modum,
vel intendantur vel etiam remit-
tantur; nec mirum, si tandem
eiusmodi inducant formam, quæ,
ipso licet affectu non semper præ-
fente, eum tamen ut plurimum
dominantem arguat. Id pictores
suo

suo maxime testantur exemplo, qui tuæ modo artis periti effigiem sistere norunt, has vel illas passiones apte tatis exprimentem. Et licet Physiognomiæ studium ad istud non dum evectum sit fastigium, ut omnibus affectibus sui peculiares motus & gestus certo determinari possint; bene tamen de plerisque ex peculiaribus concludere possumus signis. Quin plurima in ipsa observantur praxi, quæ verbis satis convenientibus explicare non valemus. Communiter frons erecta animi fiducia pleni & hilaris, depressa vero imperitiæ, stuporis & diffidentiæ aestimatur tellis. Est rugosa cogitabundi, aspera impudentis & temerarii, nebulosa audacis & terri, inæqvalis impostoris & fraudulenti indicium. Oculi ardentes cupidum, minaces iracundū, oscitantes stupidum, huc illucque voli-

volitantes inconstantem, tardum languidum, in terram defixi sceleratum & veteratorem . . . aversi indignabundum iratumque hominem produnt. Vultum pallidum timori, lividum invidiae , rubicundum amori , flavum irae , & nigricatem tristitiae tribuunt Physiognomi. Sæpiissime primo quoque qvarundam mulierum aspectu videre possumus earum animum libidine plenum (f) Verba si fuerint fucata subdolaque, id vel ipse haud raro indicat vultus. Unde monuit Poëta

— — *Nec vultu destrue verba Tuo.*
Hac ratione Alexander Magnus Philippum medicum suum, ob productionem suspectum, exploravit feliciter. Traditis enim ei literis a fidissimo Purpuratorum Parmenione scriptis, in quibus sceleris

per-
(f) *Sirac. 26. 12. conf. 2. Pet. cap.*
z. 14.

perfidia&que in Regem accusabatur, a vultu legentis oculos non amovebat, ratus aliquas conscientiae notas inde deprehensum iri: sed cum plus indignationis quam pavoris ostenderet sermone suo, vultu gestibusque, ab omni suspicione ei liberato dextram obtulit suam (g). Et quid multis? Nonne experientia edocemur quotidiana, quod homines, qui facinora delictaque graviora perpetrarunt, suo in vultu ea ut plurimum ipsimet profiteantur, & hac ratione saepe suspectos se reddant? Hoc probe sciteque jam olim observavit Ovidius:

Hoc quam difficile est, crimen non prodere vultu!

Meminit Bernhard. von Rohr (b) cujusdam Theologi Lipsiensis, qui vel ex ipsius vultus ferio intento

(g) *Curt. Lic. III. cap. 6.* (b) in *Tract. de Physiognomia.*

tentoque adspexitu tantum proficerit, ut saepissime auditorum mores exinde indagarit, & ad praecognita ista signa, non solum verbum eis praedicare, verum etiam absolutionem sacram instituere, prudenter noverit. Corporis insuper motus gestusqve animo conformes hos nobis experientia indicat. Tardior incessus fastum: nimis festinatus temerarios impetus & inconstantiam: inaequalis volubilem & incipientem animum manifestat. Ex manuum jaestatione audaciam & proterviam: coimplosione gaudium vel etiam pavorem: elevatio ne amorem Dei & pietatem intensiorem animadvertis. Semper interest judicantis, ut plurium motuum instituatur comparatio, qvi, ubi inter se conspirent, vero similiorem animi pollicentur cognitionem. Cujus con jun-

junctionis exemplum occurrit nobis, tam in sacris pandectis, hominem malignum & veteratorem ex pluribus signis externis describentibus (*i*) quam etiam in *Salustio* multa ejusdemodi de *Catilina* colligente: *Color ei, inquit, ex sanguis, fædi oculi; citus modo, modo tardus incessus; prorsus in facie vultuque recordia inerat* (*k*) Taliā ipsum quoque *Ciceronem*, ut certissima occulti animi indicia adduxisse, ex ipsius pro *Sextio* constat oratione: *Quorum per Deos immortales, si nondum scelera vulneraque iniusta reipublicæ vultis recordari, vultum, atque incessum animis intueamini.* De virtutibus ex contrariis prorsus signis dijudicandum, cum oppitorum opposita sit ratio.

§. XVI.

(*i*) *Prov. Cap. 6. 12. 13.* (*k*) *Salust. in Catil. Cap. XV.*

Certiora sunt ea signa, quæ de animo alicujus ex ipsius innotescunt *verbis*. Relatio enim intercedit inter linguam & animam, ut in hujus recessibus recondita illa sæpe proferat, & nunc adinstar revelet. Hinc *Socrates* juvenis cujusdam mores inquisitus: *loquere* inquit, *ut te videam*. Sermo a heic & qvoad *materiam* seu objectum, & *modum* seu rationem proponendi considerari debet. Circa *materiam* sermonis, hæc animorum indicia observamus. Qui voluptatibus dediti sunt, lasciviunt ore, verba tantum blanda, jocosa atq; obsecræna, vel ipsimet proferunt, vel ab aliis prolatæ placidi lubentesque exaudiunt. Idem arcana bona fide sibi concredita effutiunt, & sæpe sub prætextu comitatis plurima manifestissimis referra-

men-

mendaciis garriunt; unde factum, qvod Moralistæ voluntatem pro matre garrulitatis habeant. Avari nihil aliud loqvuntur, qvam de opibus & rationibus easdem facile conseqvendi. Vota eorum apte satis expressit *Horatius* in hunc modum:

*O si urnam argenti Fors quamibi mon-
ster! ut illi,*

Thesauro invento, qui mercenarius &c. Ambitiosi sermones proferunt e-jusmodi, qvibus laudem eruditionis, eloquentiæ aliarumq; virtutum promererri possint. Unde nec qvibuscunq; se immittunt discursibus, sed illis præcipue, qvæ altioris fuerint indaginis, & quibus in decidendis plus cæteris valeant. Alios superbe alloquuntur ambitiosi, maximamque ab iis submissionem, vel saltem obsequium exigunt, (1). Aliorum

F dicta

(1) Ita vel ex unico responso Ale-

dicta quavis ratione, modo speciem aliquam vitii habeat, calumniantur, a suis autem receptis opinionibus haud facile se dimoveri patiuntur. Nec desunt, qui gloriosum ducant sua ipsorum vitia jaetare. Quidam stolidissimis etiam inventis tamam suu relinqvunt (m).

Ipse xandri Magni ad Darium videre licet eum maxime ambitioni deditum fuisse. Si veneris, inquit, supplex &c. paucisque intermissis: De cætero, cum mihi scribes, memento non solum Regi Te, sed etiam Regi Tuo scribere, Curt. Lib. III. c. 1.

(m) Dispensi solet ambitio in tres præcipue classes I. In adumbratam seu subtilem, 2. crassam & 3. ridiculam seu stolidam. Illa tribuitur doctis, qui studium publicæ rei inserviendi simulantes, nomina tantum sua plurimis scriptis immortalitati consecrata volunt. Ista communis est vulgo, qui prudentiae regulas parum sequatur. Hæc in extreme sto-

Ipse modus loquendi plurima quoq;
indicia præbet. Qui florido, cir-
cumducto & ampio dicendi gene-
re utuntur, sanguinei sunt. Stilum
adhibentes sublimem & majestate
plenum, cholerici putantur. Me-
lancholici habent orationem gra-
vem, concisam & læpe obscuram.
Phlegmaticos elumbis ruditque
dictio prodit. Qui justam & con-
venientem dicendi rationem ob-

F 2

ser-

lidos tantum cadere potest. Cujus ge-
neris exemplum in Rectori quodam
Wittenbergensi occurrit, qui in tabua
la pinxit Salvatorem in cruce pen-
dente, se a. inferius stantem bas-
que voles proferentem: Domine JE-
SU amas me? quibus deinde ex ora
Christi tam magnificum tulit respon-
sum: Clarissime, Pereximie, nec non
Doctissime Dn. Magister SEGERE, Poëta
Laureata Cesaree, & Scholæ Witten-
bergensis Rector dignissime, ego amo TE.
J. B. Mencke de Charlsteneria Erudit,
p. m. 29.

servant, atque res quascunq; suc-
cincte tradunt, in numerum pru-
dentum referendi int; ex adverbo,
confuse & ~~αμεθέδως~~ omnia pro-
ponentes simplices & rudes se esse
declarant. Quin maxime atten-
der dum ad ~~βατον~~ loquentis. Non
e im mirum videri debet, qvod
homines calamitatibus & pericu-
lis expositi sæpe amice, humili-
ter & pie loquantur, licet antea
fuerint nebulones pessimi. Mor-
bis infestati plurimum quoque a
priori vitæ suæ genere discrepan-
tia proferunt. Sæpe tum lascivi
ac petulantes, jam non nisi de
vanitate rerum mundanarum, de
amore Dei, ac fuga peccati mul-
tis differunt. Et observare licet
eos, qvi antea toti venereis se cu-
piditatibus immerserant, qvod
ad ætatem proiecti, eadem vi-
tia multo acerbius aliis conde-
mnent, & ob summam fulpicio-
nem

nem liberis suis s̄apentuero honestas etiam confabulationes atque recreationes denegent. Vidēndum insuper cum quibus quis loqvatur. Juvenis si magnorum virorum seruonibus se imittat, suas etiam ut adferat rationes, prodit ambitionem cum summa temeritate ac impudentia conjunctam. Illustrior persona cum fecerit infima nimium familiaria instituens colloquia, non latitatem suæ consulit dignitati; si autem cum plebejis & præcipue cum domesticis nullum proorsus habeat sermonem, aut ab iis interrogatus non nisi aspera & pauciora reddat responsa, ille animum superbia & ira plenum indicat. Pudoris vel contumaciat signum est, ubi servi a sermone cum doctrinis suis se abstineant. Huc referimus quoque aliorum *relationes* de cuiusdam moribus, utpote quibus nec omnem derogandam esse fidem putemus. Respiciendum a. est, an is, qui narrat, sit oculatus testis, vel tantum relata refe-

referat: an sit vir prudens & intelligens, qui justas conclusionis regulas observare noverit, vel etiam de simplici ac rudi plebe, quae saepe ex precipitantia & præjudicio imprudenter concludit: an sit vir probus, candidus & pius, vel garrulus, obrectator & fallax: an sit amicus vel hostis: an habeat respectum ad aliquid commodum vel non: an eidem statui addictus sit eademque tractet officia, vel minus: an deniq; sit exterus vel inquilinus. Nonnulli etiam sexus habendam rationem esse volunt; virilis ne sit an feminineus. Quæ omnia diligenter attendenda esse videntur Politici, semperque maxime probabilia amplectenda.

§. XVII.

Verbis si conformia fuerint ~~fæcias~~,
majes enascitur certitudo. *Ambitiosi ægre* sibi quæcumq; anteferrri patiuntur, super alios eminere cupientes. Idem, ubi ad dignitatem pervenerunt, cum hominibus familiariter antea notis non facile con-

conversantur, qvos interdum ne agnoscere quidem volunt. Titulis delectantur amplioribus, iisdemque in acquirendis omnes suos intendunt nervos. Facile ob res quas cunque leviores irascuntur, & si non omnia ad eorum voluntatem componantur, excandescunt. Matrimonium inituri ad nobilitatem personae imprimis respiciunt; vel eas eligunt conjuges, quarum parentes, consanguinei & affines dignitatibus eminentes se ad honores evehere possint. *Avari* imprimis pecuniarum siti laborant, nec tamen alias res omnes contemnunt, modo suas augeri sentiant accessiones. In contractibus infinitas adhibent cautelas, ut eo facilius rescindi possint, modo propria utilitas, ceu unicum actionum suarum fundamentum id requirat (*n*). Pauperes non curant,

atqve

(*n*) Observarunt Moralista nullos artius animi candorem & sinceritatem exigere, quam qui ipsem veteratoria sua arte uti, fidemque violare suoverius.

atque, ubi petitionibus fatigantur serijs, non verentur ipsimet, licet multis instructi sint opibus, de sua paupertate conqueri. Si a quædam aliis conferant beneficia, neque ad conditionem suam neque statum recipientis attendunt. Quando ex liberalitate quidquam de suo jure cedere videntur, vel ægre id faciunt, vel spe meliora consequendi [a]). Ob pecunias pignore datas mordentes exigunt usuras. In victu amictuque sordidi sunt. Aliorum operam parce omnino redimunt; suam vero implorantibus non nisi care admodum præstant. Uxores tantum nummosas appetunt. Qui picturis, hortis & viridariis delectantur: jucunda quæcunque Musicæ genera suavesque odoratus amant: delicatis fruuntur cibis & dulci potu: animum non arduis & gravioribus

re-

[a) Ita in Canonico jure prohibitas fuille usuras legimus, ne avaritia vitium Cleris objici posset; sed equivalent resolutum anni redditus testantur.

rebus, sed Poëtis & fabulis Romanen-
 sibus perlegendis facetiisq; addiscen-
 dis applicant: in actionibus suis re-
 missi & variabiles sunt; amicitias
 promiscuas easd:mq; temporarias co-
 lunt: cum altero sexu plurimum
 conversari affectant: in thori soci-
 is eligendis ad elegantiam tantum
 formæ respiciunt, hi in volupta-
 tem proni sunt quam maxime. Evi-
 dens est argumentum nondum suf-
 focatæ veneris & voluptuosæ vitæ,
 ubi decrepitæ anus impudicos can-
 tant versus, lascivos corporis mo-
 tus affectant & edunt, vestibusq; se
 induunt suæ ætati haud convenien-
 tibus. Verbo, ea qvisque cupit, lau-
 dat atq; sectatur, ad qvæ ipsi-
 us propensiones maxime ducunt.
 Nec prorsus vani sunt eorum cona-
 tus, qvi aliorum inclinationes ex
 ebrietate inquirunt. *Sicut enim, in-*
quid Seneca Epist. 83. anima non est
in potestate nostra, ebrietate devincta;
sed quemadmodum multo dolia rumpun-
tur, & omne, quod in imo jacet, in
sum-

summam partem vis caloris ejecunt: Sic vino astuante, quidquid in imo jacet abditum, effertur, & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante: ita ne secretum quidem; sed quod suum adiumentum est pariter effundunt. Hinc audit quoque proverbium Gracorum: τὸ δὲ τὴν καρδίαν οὐ τοῖς Φεύγοντος, ἀπὸ τῆς γλώττης ἐστὶ οὐ τοῖς αἰθύοντος. ubi a. in ebrietate commissa non conspirant cum aliis signis, nihil ex iis colligi potest.

§ XVIII.

Hec autem jam allata ac promodulo ingenii leviter exposita signa, in ipsa praxi caute omnino sunt attendenda, plurimumque inter se rationes conferendae, ne ex precipitantiæ vitio eas admittamus conclusiones, eaqve formemus judicia, quæ sœpissime fallere nos possint. Notum enim est omnibus, quod mortales amore sui, ut in antecedentibus jam evictum ivimus, nimium quantum ducantur. Hinc sit, ut

ut vel **veneratione** ac metu erga su-
periores, vel spe boni conseqvendi
aut mali avertendi *simulatio & dissimu-*
latio haud raro obveniant. Sic sub-
diti coram Principe, liberi intuen-
tibus parentibus, discipuli in con-
spectu præceptorum, famuli præ-
sentibus dominis, alienam haud ra-
ro animi sui mentiuntur dispositio-
nem. Si quid minus honesti inten-
dant, id prorsus celant, & non nisi
pietatem, obsequium, fidem, pro-
bitatem & diligentiam simulant.
Novimus multos, studiis qui nomi-
na sua dedere, licet otio, temu-
lentia, libidine, grassationibus ali-
isque illicitis modis tempus perdide-
rint omne, postquam tamen spem
conceperunt se sacris muneribus ad-
motum iri, subditaneam morum
metamorphosin ostendisse. Sæpe
virgines spe alliciendi viri cuius-
dam pii & gravis ad se animum,
ejusque nuptiis potiundi, diversam
prorsus inducunt morum formam,
ut loco petulantia, iræ & libidinis,

non

non nisi pietatem, castitatem & modestiam præ se ferant. Immo etiam evenit, ut homines vera pietate & virtute conspicui, ex infirmitate nonnunquam maximis vitiis blandiantur, secundum proverbium: *ulula cum lupis, cum quibus esse cupis.* Multi coram inimicis suis impia quæque & perversa loquuntur, ac ipso opere faciunt, modo se illis aliquo esse offendiculo sentiant, quæ tamen animus ipse maxime averatur. & ita in aliis. Qvorum intuitu facile in judicando præcipites nos daremus, nisi plurium inter se signorum instituamus comparationem, atque media, quibus simulatione & dissimulatio detegi possit, probe attendamus. Sedulus intentusque observator facile animadvertet, quæ cum simulatione & dissimulatione conjuncta sunt, ea semper quandam coactionis speciem præ se ferre, nec satis libero procedere fluxu: ut si homines jucundi atque soluti animi gravitatem & severitatem

tem simulent, inter alia vel vultus ipse eosdem prodat. Et impossibile omnino est, qvod non longa ac diurna conversatione mortales saepe ex præcipititia animoq; non præmeditato, aliis gravioribus intenti curis, vel sibi relictii & plena libertate gaudentes, ea profrant verba, facta gestusqve, qvæ optime animi dominantes passiones stentur, qvæqve hac ratione elicitaæ plurimum observari merentur. Avari ubi simulare velint, injurias temporis conqueruntur, reditus suos admodum parvos, tributa autem multa gravissimæq; dicunt: unde omnia ad calculos reducentes debitores se faciunt, & optant ut eo in statu essent constituti, qvo alios sublevare possent; a certis vero pollicitationibus sibi prudenter carent. Ambitiosus non facile verbis aut factis suas inclinationes atq; mores dissimulare potest, cum honorem perdere sit illi omnia perdidisse. Si a. qvid suæ videa-

deatur renunciasse ambitioni, id tan-tum ea intentione factum est, ut hoc modo eo majorem sibi laudem honoremque adquirat. Vitia, quæ suæ adversari gloriae animadverterit, sedulo occultat, vel etiam ab iisdem desistit prorsus. Homo autem in extre-mo gradu voluptuosus, indolem suam omnium difficillime coram aliis celare potest; frango quippe rationis excusso quibuscumque le cupiditatibus ingurgitat.

Hisce jam ex signis, caussis & effectibus aliorum animos eorumque abditos recessus rimari satagit humana industria; solius a. Omnis sapientis Dei judicium infallibile est, utpote Cujus obtutum perspicacissimum nulla cogitationum fulta eludere, quemque nullus voluntatis humana motus, ne primus quidem, ne cum cigitatus latere possit.

כִּי חָדֵס יְרַאֲהָה לְעֵינֵיכֶם וְיָהִוָת
יְרַאֲהָה לְלִבְכֶם

